Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31237
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> Kontakt: Stift Stams   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">

nubere. nec ydolis ymolare. tradita est cuidam vicario: qui fecit eam perseuerantem in confessione xpi. post tenebrosam custodiam. et famis inopiam leuari in eculeo: et sic demum deponi. et decapitari in cloacam. Eodem die. sancti sandile presbiteri: qui apud cordubam ciuitatem capite amputato. martirium consummauit. In affrica. sanctorum luciani

H xiii * Elisei et cresceniciani. xviii kal. iulii. 14. Junij. D xiii.
prophete: qui apud samariam palestine. ut beatus scribit ieronimus conditus est: ubi et abdyas propheta quiescit. * Apud cesaream. natale sancti basilii episcopi: qui doctrina. et sapiencia insignis: omnibusque virtutibus fundatus mirabiliter effulsit. In territorio suessionensi: sanctorum martirum rufini et valerii: qui a preside rictiouaro perillata sibi tormenta: iussi sunt decollari. Aureliani: translatio sancti amani episcopi et confessoris. xii.

* Primo legitur S. Basilius.

In sicilia: natale sancti xvii kal. iulii. 15 dies Junii E xv
viti: modesti: et crescencie. sub diocletiano imperatore: qui post ollam plumbi feruentis: post bestias et catastas diuina virtute superatas: cursum gloriosi certaminis peregerunt. Apud mesiam ciuitate dorostoro: sancti esichii militaris: qui cum beato iulio comprehensus: sub preside maximo. postea martirio coronatus est. ii.

* In gallys apud ciuitatem xvi kal. iulii. 16. Junij F iiii
vesoncionensem: sanctorum martirum ferreoli presbiteri. et ferrucionis diaconi: qui a beato hyreneo episcopo. ad predicandum verbum dei missi. po

* Obiit Rdus Dnus Melchior vigesimus tertius Abbas domus huius 1615

* Aquiriæ in Brabantiæ, sanctæ Lutgardis Virginis Ordinis Cisterciensis, quæ omni virtutum laude, dum viveret, floruit; post obitum insignibus miraculis claruit.